

Aduléscens® 5

AN. XXXVI • Fasc. 5 • Maius/Junius 2020 • Imprimé à Taxe Réduite

» Macrocóllum

Viridárium
aquaedúctuum
in agro
Románo



3

Cinematéum

Gaten Matarazzo,
stella etiam in vita

6

Investigatio


Aliquando sensus
ánimi fiunt...
cinemátici!

11

Probatio

Esne ad
aestátem
parátus?

**mappa urbis, ut valetúdinem cures, témpori parcas
et sis oecológico!**



Urbs Pontevedra sita est in Gallícia, in Hispánia. Ut in ómnibus úrbibus, ibi etiam erant difficultátes commeátus. Scisne quo modo difficultas sit solúta? Nova mappa urbis! Vidétur esse mappa tráminis metropolitáni: insunt lineae colorátae, etiam loca visu digna, et est lectu fácilis. Lineae autem colorátae hic índicant itínera pedéstria in media urbe ; distántia et tempus necessárium etiam indicántur. Differéntia cum ‘Google Maps’ in eo est, quod ‘Metrominuto’ interréti non eget. Tantus est succéssus huius incépti, ut aliae urbes in Hispánia et in cétera Európa idem nunc propónant. Hoc instruménto intellégimus multo facílius, vilius et salúbrius esse péribus per urbem movéri quam autocinéto.

Quas alias

**astútias urbs
Pontevedra invénit
ad commeátum
minuéndum?
Respónde verum
an falsum.**

- 1** In 'Metrominuto' indicántur gratuítiae areae statívae extra urbem.
2 In media urbe velóctas est 30 chiliometrórum horálium.
3 Vígiles públici mulctam impónunt pedítibus qui nimis celériter ám
4 Crepídines factae sunt latióres.
5 Bírotae gratuítio praebéntur.

V F

Solutions sunt pagina 14.

info@elimagazines.com

www.elilanguagemagazines.com



Salvéte iúvenes!

Mox erunt feriae; estisne parati? Interea in hoc fasciculo multa iucunda legimus et una discimus: multum agitur de animi motibus deque aestate, sed etiam de rebus antiquis, ut aquaeductibus, moribus Romani et matronarum fortitudine!

Iucundas ferias, et ad annum próximum!



Salvete amici! Mihi nomen est Grammatica. Hoc mense discetis:

- vocábula et locutiōnes quae ad áimi motus périnent
 - recognitio rerum grammaticarū quibus hoc anno studúimus

PHOTOGRAPHÉMATA: QUOD AD DUPLICATIÓNIS IURA PERTINET ÉDITOR PROFITÉTUR SE ESSE PROMPTUM ILLÁRUM IMÁGINUM, QUARUM FONTES REPERÍRE NON LÍCUIT, IURA REPÉNDERE.


Gaten Matarazzo, stella etiam in vita



Actor Gaetáno John, cognómine Gaten, est Dustin Henderson, unus ex iucundíssimis iuvénibus seriéi Netflix ‘Stranger Things’.

Quid Gaten habet singuláre? Afféctus est rariíssimo morbo, dysplásia cleidocraniáli. Propter hunc morbum déntibus caret; falsos ergo dentes gerit. Dustin, eius persóna, habet vitium pronuntiatióni non ingrátum. Dustin est ingeníósus, amat scíentiam, et affabilitáte sua gregem iúvenum counit.

Quamquam multas difficultátes pátitur, Gaten est fortis et voluntáte plenus. Somnium enim suum fecit rem: factus est magnus actor. Fama nixus morbum suum facit notiórem et pecúniam colligit, qua medicína progréssus faciat et aegróti iuvéntur.



Gaten crevit in parvo vico regiónis New Jersey, in Amérca septentrionáli, ubi die 8 m. Septémboris a. 2002 natus est; eius paréntes orígne sunt Itali. Partes etiam egit in ‘Star Wars: The Rise of Skywalker’.

Senténtiae illiū Gaten!

Gaten est leo válidus et fortis, tam in vita quam in cinematéo. Consócia senténtias cum recta significatióne.

- 1** [] Nihil timére.
- 2** [] Impetuóse incúrrere.
- 3** [] Intrépide se gérente.
- 4** [] Rubicónem transíre.

- a.** Prógredi sine perículi timóre.
- b.** Áliquid irrevocabíliter elígere.
- c.** Fortem esse.
- d.** Firmam voluntátem habére.

Solutiōnes sunt página 14.



Ánimi motus



1
felicitas



2
tristitia



3
ira



4
timor



5
verecundia



6
miratio



7
fastidium



8
invidia



9
amor



10
zelotypia



11
superbia



12
timiditas





Salvete! Ego
sum Ingrides; Osloae
hábito, in urbe cápite Norvégiae.
Mense Iulio longum iter suscipiam per
urbes Europáeas; multas vidébo, inter
quas Romam! Iam suspensa sum! Ea de
causa linguam Latinam disco. Quae mihi
plúrimum placet! Hodie vocábula dídicí,
quibus ánimi motus exprimúntur. Légite
hoc; est óperae pretium.

© Shutterstock



**Quando nobis sunt ánimi motus, quos
índicant illae imagúnculae? Nonnúllas
senténtias consociáre potes cum plúribus
ánimi móribus!**

- A. Quidam, quem raro vides, te telephónice vocat.
- B. Amicus tuus semper gerit calceos cariores tuis.
- C. Pulcher puer aut pulchra puella te attente spectat.
- D. Canis tuus crus fregit.
- E. Matri das ósculum cum cùbitum is.
- F. Soror aut frater tuus est óptimus totius classis.
- G. Exámina superavísti.
- H. Pellículam horribilem spectas.
- I. Amicus aut amica tecum lóquitur de áliquo aut
áliqua quae sibi placet.
- J. Per errórem áliquid edis quod non amas.
- K. Stas in serie exspectántium et áliquis se insinuat
ante te.
- L. In schola animadvértis tibi esse divérsa impília.
- M. Musca cadit in iúsulum.
- N. Tempus degis cum áliquo quem amas.
- O. Debes festum adíre, in quo nemo tibi est notus.
- P. Feles tua primum praemium repórtat in
certámine pulchritúdinis.
- Q. Festum institútur ad diem natálem tuum, sed
ipse hoc nescis.
- R. Modo mendum in loquéndo fecísti.
- S. Fulgor cécidit iuxta domum tuam.
- T. Horológium tuum gestáibile perdidísti.
- U. Amicus tuus habet plures amicos quam tu.
- V. Pitta tibi affértur, at non est ea quam petivísti.
- W. Athléticus grex quem amas fuit victor.
- X. Vides umbram post cubículi fenéstram.
- Y. Vis ire ad cinematéum, sed febris tibi est.
- Z. Sortitus es ferias miríficas.

Aliquándo sensus ánimi fiunt... cinematíci!

'Inside out' est pulcherrima pellícula Disney Pixar, quae anno 2015 accépit praemium Oscar óptimae pellículae animatiónis. In hac pellícula, ánni motus sunt verae personae. Exhibéntur modo singulári, científico et iucundo.

Synópsis

Riley est puella undecim annorum. Modo cum familia reliquit Minésotam et se Franciscópoli collocavit. In ea urbe, Riley multas res novas videt et paulatim depónit desidérium pristinae domus, amicorum, scholae, gregis hoccéi... Per eius ánni motus, eius vitam vidémus.


Eius mens est tamquam laboratórium
ubi vivunt et labórant

- eius ánni motus:
- Laetitia, Timor,
- Ira, Fastidium et
- Tristitia. Quae autem sunt hae personae? Quid significant?

Laetitia

Laetitia est puella vestita flavo colore, qui est color felicitatis; ei sunt capilli caerulei, magni oculi patentes et sinceri, ac semper subridet. Laetitia céteros ánni motus regit pulchris memoriis. Beneficio eius, Riley est felix et tranquilla.

Scitu dignum: risus dicitur esse contagiosus. Et re vera, cum audimus risum, cérébrum nostrum faciéi músculos parat ad risum!



Timor

Timor est vir macerrimus. Oculos habet térritos et semper est concitatus. Puellam prótegit, si est periculum. Hic enim ánni motus necessarius est ad vitam servandam.

Scitu dignum: timor excitat plures faciéi músculos quam céteri ánni motus. Nos monet cavendum esse, id est nos préparat, si instat discrimen.





Ira

Ira est homúnculus ruber. Eius vultus semper est ferus et cum iráscurit, fit incéndium. Sed huiúsmodi sensus est necessárius: nam eius benefício Riley certat contra iniúrias.

Scitu dignum: ira est modus agéndi, cum fit offénsio. Nocet tamen valetúdini: nam cor debilitat.

Fastídium

Fastídium est puélla supérba, cute víridi, supercilio caperráto.

Scitu dignum: hic sensus est necessárius, nam eius benefício vitámus hómines aut casus



periculósos, qui
sive córpori
sive menti
nocére
possint.



vocabula et locutiōnes
quae ad ánimi motus
pertinent; recognitio rerum
grammaticárum quibus hoc
anno studiūmus



Tristítia

Tristítia est puélla cute caerúlea, máximis óculis, vultu tristi, ánimo semper demíssa. Cum Riley tristis est, céteri intéllegunt áliquid non bene se habére eámque egére auxílio et lenitáte.

Scitu dignum: re vera, sensus negatívi habent efféctum bonum; nos enim docent vitae cásibus obviam ire.

**Accidítne nonnúmquam
ut patiáris timórem, iram, fastídium, tristítiam?
Narrá evéntum, quod te singuláriter tétigit.**

Solutiōnes sunt páginā 14.

Viridárium aquaedúctuum in agro Románo



Viridárium aquaedúctuum est ingens area in agro Románo sita. Eius 240 hectáreeae pértingent ad Viridárium regionále viae Appiae antíquae.

Unde hoc nomen? Quia in hac máxima area antíquis ruinis plena insunt praestántia vestígia sex aquaedúctuum ex úndecim, quibus aqua Romam olim ferebátur. Anio Vetus (subterráneus), Aqua Marcia, Tépula, Iulia, Claudia et Anio Novus sunt nómina horum sex aquaedúctuum. Sexto autem décimo sáeculo papa Sixtus V Aquae Cláudiae substítuit aut superpósuit Aquam Felícem, quae adhuc est in usu.

In eádem area archaeológica, in qua multa restant exploránda, non solum aquaedúctus, sed alia etiam sunt visu digna: Villa Vineárum, secúndo saéculo exstrúcta quartóque sáeculo refécta, mausoléum... Ítaque óptimum consílium est bírotam concéndere et per íntegrum diem ibi frui natúra, história et archaeología.



Esne ad aestátem parátus?

1**Si quis te spectat...**

- a** [] erubéscis et óculos dimítis.
- b** [] rides.
- c** [] te pudet; ad alia spectas.

**2****Élige unum ex his vocábulis:**

- a** [] mutatio.
- b** [] color.
- c** [] vis.

6**Quid tibi placet in schola?**

- a** [] mathemática.
- b** [] sciéntiae.
- c** [] linguae.

3**Amor est...**

- a. spléndidus!
- b** [] somnium.
- c** [] vanus.

4**Quod ánimal amas:**

- a** [] felem, iucúndam et mitem.
- b** [] avículam, gratam et laetam.
- c** [] lupum, fortem et ferum.

5**Céteri dicunt te esse...**

- a** [] laetum et felícem.
- b** [] bonum et tímidum.
- c** [] tristem, sed semper parátum ad alios iuvándos.


» Respónsa

Si plerimque respondisti C:
Aesatem non multum amas. Tibi magis placet regiones sepietnationales, ubi est nix et ubi sunt prospectus pulcherrimi. Tu es valde magnificus et semper tranquillus... sicut lupus solitarius!

Si plerimque respondisti B:
Aesatem adire. Ferias degere potes ubiqumque. Iucundissimus enim es, esti paululum timidis. Tibi placet vita sub divo, cum multis bene notis.

Si plerimque respondisti A:
Litus maris plerimum amas! Tu es sicut licet in arena. Semper paratus es ferias versantur. Amas mare et omnes tecum libenter aestas; laetus, et omnes tecum libenter adire... dum hanc ad litus maris!





recognitio rerum grammaticarum
quibus hoc anno studium



Iunii, totus lacus solet esse congelatus.
Multi peregrinatores
huc veniunt, traha vehuntur canibus
iuncta, atque auroram borealem
admirantur.

Tempsore subsicivo, conficio coloratos
dracones volantes, variis formis, quos
aestivo tempore in aerem tollo in
lacus ripa. Si dracones volantes
tibi placent, diem elige quo
flat levius ventus. Quaere
locum non nimis frequentem,
procul ab arboreis, dumis,
viis, filis electricis. Noli
exire si sunt nubes et mala
tempistas! Praeterea, fruere
spectaculo, capillis vento traditis!



Venti colóres

Salvete! Mihi nomen est Aaron; Finnus sum, oriundus e parvo vico Inari, in Lapónia, iuxta lacum eiúsdem nóminis. Hic lacus tertius est maximorum lacuum in Finnia; erat locus mágicus tribui nómadum Sami. A mense Novembri usque ad finem mensis



Mundus dracónum volántium.

Comple verbórum índicem.

cylindrus - ventus - via - triángulum - ripa - quadrátum - aréna - rectiángulum - pluvia - lacus
pýramis - nebulosa - sagitta - cubus - vicus - rhombus - nébula - rus - stellae forma - mons - sol

Forma

Locus

Tempistas

Solutioñes sunt página 14.





Vita Romana

Solstítium aestívum, nox mágica inter diem

21 et 22 m. lunii

Memória tene!
Solstítium aestátis anno 2020:
Satúrni die 20 m. Iunii.

In antiqua Roma, die 21 m. Iunii celebrabatur dea Cardea, tutrix ianuárum, cárdinum et etiam infántium, quos protegébat a malis. Ut patet, nomen trahit e «cárdine», instruménto quo foris vértitur. In hoc vocáculo etiam



agnoscitur Cardo Maximus, via ducta a septentriónibus ad meridiem Urbis, unde oriuntur omnes viae secundariae. Cardo erat prima via munienda, cum urbs condebatur, ac sic vocatus est quod Cardeae consecrabatur. De ea Ovidius scripsit hoc: «Numine clausa aperit, claudit aperta suo» (Fast. VI 102). Inter haec festa, et in arbóribus et in ianuis suspendebantur parvae res: pilae, parvae statuae, personae, haec omnia ut frumentum feliciter créseret.

Fábula Dea infántium protéctrix

Cardea, etiam vocata
Carnea, nympha erat.
Vivébat in Luco
Hélerni, iuxta
Tíberim. Ei
placébat silva et
venátio. Ianus
eam amávit;
sponsa rogávit
poténtiam
infántes, manúbria et
cárdines tuéndi. Ut
narrat fábula, Cardea
etiam erat maga. Ut
defénderet párvulum
Procum a strígibus
(id est harpýis quae
domos intrábant et
infántes rapiébant
ducebántque ad íferos),



ritum mágicum adhíbuit: albas spinas et frúticis ramum posuit ante fenestram domus párvuli Proci, ac ianuam ter pulsávit. Eo modo striges domum intráre non potuerunt et Proculus servátus est. Ea de causa alba spina et frutex albis flóribus ornátus (est enim color innocéntiae) huic deae erat consecrátus.



Scitu dignum
Die aestívi solstítii, sol
movétur máxime distans
a Terra; est dies anni
longinquíssimus.



ecognitio rerum grammaticarum
quibus hoc anno studuimus

© Shutterstock

Legistíne **Adulescéntem?** Tum lude nobíscum!

A. Felicitatis régulae. Consócia senténtias.

- A** [] Opórtet cottídie
 - B** [] Semper conáre
 - C** [] Noli cogitáre de
 - D** [] Cógita te non
 - E** [] Verbis ea éxprime
 - F** [] In novis incéptis noli
 - G** [] Si est áliqua discórdia,
 - H** [] Cum amícis semper commúnica
 - I** [] Quantum fieri potest,
 - L** [] Cónsule et tibi



Quo ludo ludémus?

- 1** experiéntias tuas.
 - 2** collóquere cum eo a quo disséntis.
 - 3** res bonas vidére.
 - 4** perfectionem statim attíngere velle.
 - 5** omnia régere posse.
 - 6** ridére.
 - 7** quae sentis.
 - 8** praetéritis erróribus.
 - 9** et céteris.
 - 10** ignósce céteris.



B. Lege senténtias et comple eas.

- 1 Hoc anno solstítium aestátis fiet die ...
 - 2 Cardea ... servávit a ...
 - 3 Matrónae Románae fecérunt primam ...
públícam.
 - 4 Plantae Cardeae consecrátae sunt: ...
 - 5 E Cardeae nómíne óritur vocábulum ...



- 6** Matrónae Románae rogábant ut lex...
 - 7** Cardeae placébat ... et ...
 - 8** Eventus anni 215 fuérunt prima
feminárum ...
 - 9** Ovídius de Cardea scripsit hoc: ...
 - 10** Cato vocabátur ... sive ...

Soluciones sunt hic infra.



Soluciones

P.2: 1. verum, 2. verum, 3. falsum, 4. verum, 5. verum, 6. (G-N-P-Q-W-Z), 7. (A-Q), 7. (M'), 8. (B-U), 9. (E-N), 10. (I-U), 11. (F-G-P), 12. (C). **P.6-7:** responsum librum. **P.11:** Forma: cylindrus, quadratum, reticulatum, pyramis, sphaera, cubus, thumbs, tellaria forma, locuti: via, ripa, arena, lacus, vicus, ruis, mons, Tempestas: ventus, pluvia, nebula, tempesta, sol. **P.14-A:** 36. b3, c8, d5, e7, f4, g2, h1, i10, j10, k9, l8, m7, n6, o5, p4, q3, r2, s1, t1, u1, v1, w1, x1, y1, z1. **B.1:** Saturni 20 M. lunii, 2. Procul, strigibus, 3. protestationem, 4. alba spina et frutex, 5. caro, 6. abrogaretur, 7. silvia, venatio, 8. sedatio, 9. Numine clausa apert, claudit aperte suo. 10. Major, Censor.



Disce iucúnde!

English



Lingua latina



Français



Italiano



РУССКИЙ
ЯЗЫК



Deutsch



Español



Periódica lingüística ELI
www.elilanguagemagazines.com

Tibi comméndo...

Matrónas Románas, primas «feminístrias», históriæ



Matróna magnum
pondus habébat in societáte
Romána. Erat mater famílias, uxor
patris famílias, dómina spectábilis,
cui curae erat domus et
liberórum educatio.

In eius honórem,
kaléndis Martiis,
celebrabátur festum
Matronália vocátum.
Eo die viri dona dabant
uxóribus et mátribus.
Matrónae distinguebántur
stola et comptu
capillórum.



Matronárum
sedítio
Anno 215 a.Chr.n.
in re pública fuit
discrímen políticum et
pecuniárium. Tum tribúnus
Gaius Oppius panxit legem Oppiam,
qua muliéribus non licébat pretiosa
ornaménta gérere, neque púrpuram,
neque iunctis vehículis in Urbe
vehi.

Vigínti autem annis post, legem
alii abrogáre, alii serváre volébant.

Ea occasióne dóminaе instituéront
primam protestationem públicam
totius históriæ: vias occupavérunt,
commeátum impedivérunt, omni
conátu viris persuadére voluéront
hanc legem esse iníquam.

Sevérus Cato Maior sive
Censor, féminas vocans
«indómitum ánimál»,
monuit eis tribuéndam non
esse nimiam poténtiam:
«Quid enim, si hoc
expugnáverint, non
temptábunt?»
(Liv. XXXIV 2).
Lex tamen
abrogáta est
anno 195.